



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LI. De sepoltura Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

te, vel in fieri, uel in facto esse. Prima conclusio est: De morte Christi in fieri, idem est iudicium quod de passione Christi. Declaratur, quia mors in fieri, fuit ipsa passio Christi: secunda conclusio est. Mors Christi in facto esse non potuit operari salutem nostram per modum meriti, sed efficientiae. prima pars in littera non probat: secundum de probat: Per mortem deitas non est separata a carne: ergo quicquid circa carnem Christi ab aia separata contigit, fuit nobis salutiferum: tertia conclusio est: Mors Christi operata est destrucioem utriusque: nostre mortis, scilicet anime & corporis. Probat: Mors Christi fuit prius proprio uitae: ergo effectus eius proprie est remotione uel impedimento aere uitae: ergo est remotione utriusque: mortis anime. Prima conclusio probatur: quia consideratur proprie aliquid eius effectus secundum similitudinem cause: secundum uero, quia uita, mors contra rem anime nostre salutem consummatur. Et consideratur conclusio aucto magis. Adheret hic, quod mors in facto esse, tenet et parte compositionis anime mortis, sed corpus dicitur, & est mortuum. Et quia corpus Christi mortuum erat inanimatum, & merito principaliter constituta in actu anime: sicut in littera p. conuincit, p. se noto reliquit: prima parte secundum conclusionis. scilicet mors Christi in facto esse non potuit merere: erat enim in corpore mortuo, in quo nulla erat principium merendi. Et quia erat in illo corpore mortuo principium efficientiae, deitas, ideo affectus eius efficere potuit. et eo namque quod deitas corpore Christi ut instrumentum utebatur, conuincit est, ut corpore illo affecto priuatione uitae uia est, ut organo ad causandam in nobis destructionem utriusque mortis, uita illud: Qui mortem nostram merendo destruxit.

rata sit ad nostram salutem. Mors enim est quaedam priuatio: est enim priuatio uitae: sed priuatio, cum non sit res aliqua, non habet aliquam uirtutem agendi. ergo non potuit aliquid operari ad nostram salutem.

¶ 2 Præ. Passio Christi operata est ad nostram salutem per modum meriti. sic autem non potuit operari mors Christi: nam in morte separatur anima a corpore, quæ est merendi principium. ergo mors Christi non est operata aliquid ad nostram salutem.

¶ 3 Præ. Corporale non est causa spiritualis: sed mors Christi fuit corporalis. non ergo potuit esse causa spiritualis nostre salutis.

Sed contra est, quod Aug.* dicit in 4. de Trinitate. Vna mors nostri Saluatoris, scilicet corporalis, duabus mortibus nostris, id est anime & corporis, salutis fuit.

RESPON. Dicendum, quod de morte Christi dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum quod est in fieri: alio modo, secundum quod est in facto esse. Dicitur autem mors esse in fieri, quoniam aliquis per aliquam passionem uel naturalem uel uiolentam tendit in mortem. Et hoc modo idem est loqui de morte Christi, & de passione ipsius. Et ita secundum hunc modum mors Christi causa est salutis nostre secundum id, quod de passione supra dictum est. Sed in facto esse mors Christi consideratur, secundum quoniam iam facta est separatio corporis, & anime, & sic nunc loquimur de morte Christi. Hoc autem modo mors Christi non potest esse causa salutis nostre per modum meriti, sed solum per modum efficientiae, in quantum scilicet, nec per mortem diuinitas separata fuit a Christi carne: & ideo quicquid contigit circa carnem Christi etiam anima separata, fuit nobis salutiferum uirtute diuinitatis unice. Consideratur autem proprie aliquid eius effectus secundum similitudinem cause: unde quia mors est quaedam priuatio uitae propria, effectus mortis Christi attenditur circa remotionem eorum, quæ contrariantur nostre salutis, quæ quidem sunt mors anime, & mors corporis, & ideo per mortem Christi dicitur esse destructa in nobis & mors anime, quæ est per peccatum nostrum (secundum illud Romano. 4. Traditus est,

scilicet in mortem, propter delicta nostra) & mors corporis, quæ consistit in separatione anime, secundum illud primæ ad Corinth. 15. Absorpta est mors in uictoria.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mors Christi est operata salutem nostram ex uirtute diuinitatis unice, & non ex sola ratione mortis.

AD SECUNDVM dicendum, quod mors Christi secundum quod consideratur in facto esse, est non est ad nostram salutem operata per modum meriti, est tamen operata per modum efficientiae, ut dictum est.*

AD TERTIVM dicendum, quod mors Christi fuit quidem corporalis: sed corpus illud fuit instrumentum diuinitatis sibi unice, operans in uirtute eius etiam mortuum.

QVAESTIO LI.

De sepultura Christi, in quatuor articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de sepultura Christi.

Et circa hoc queruntur quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit Christum sepeliri.
- ¶ Secundo, De modo sepulture eius.
- ¶ Tertio, Vtrum corpus eius fuerit in sepulchro resolutum.
- ¶ Quarto, De tempore quo iacuit in sepulchro.

ARTICVLVS I. Vtrum fuerit conueniens Christum sepeliri.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non fuerit conueniens Christum sepeliri. De Christo enim dicitur in Psalm. 87. Factus est sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber: sed in sepulchro includuntur corpora mortuorum, quod uidetur esse contrarium libertati. ergo non uidetur fuisse conueniens, quod corpus Christi sepeliretur.

¶ 1 Præ. Nihil circa Christum fieri debuit, quod non esset salutiferum nobis: sed in nullo uidetur ad salutem hominum pertinere, quod Christus fuit sepultus. ergo non fuit conueniens Christum sepeliri.

¶ 2 Præ. Inconueniens esse uideatur, quod Christus fuit sepelitus, in terra sepeliretur: sed illud

¶ Sed occurrunt hic duo dubia. Primum est, an mors Christi in facto esse fuerit meritoria ex parte anime. Secundum est, quomodo uauur similitudo inter effectum & causam in tertia conclusione, quum potius uideatur oppositum.

¶ Ad primum dicitur, quod mors in facto esse potest dupliciter: primo, secundum se solam, alio modo, ut terminat fieri. Et mors quidem ut terminat fieri, cadit sub merito uno & eodem, sub quo cadit summi fieri: uno enim & eodem actu martyr uult se occidi & occisum esse. Et sic pretiosa est in conspectu domini mors sanctorum eius, & sic mors Christi fuit meritoria: sed litera non loquitur sic de morte Christi: sed primo modo scilicet secundum se solam, prout est separata anima a corpore, & sic ex nulla parte inuenitur ratio meriti, quum nec actus elicitus, nec actus imperatus anime sit mors in facto esse sumpta secundum se solam, quamuis ipsa ut terminat uoluntarium mori, cadat sub actu imperato extendendo actum imperatum ad pati uoluntarium, & sic, ut dictum est, sit meritoria.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod non est hic querenda omnimoda similitudo: quam nec etiam exigatur effectum assimilari cause instrumentali: sed sufficiat iuxta subiectam materiam intelligere effectum appropriatum mortis Christi (quæ consistit in priuatione uitae propriae propter inueniendum nos) esse priuationem non uitae, sed contrarium uitae nostre, ut per huiusmodi destructionem ad finem, scilicet licet ad uitam nostram, nos perducatur.

¶ Super Questionis quinquagesima prima Articulus 4.

Thus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Conueniens fuit Christum sepeliri. Probat tripliciter. omnia sunt clara.

¶ Super

In q. 52. a. 4. Et op. 3. cap. 241. & 242. Et op. 80. ca. 20. princ. Et 1. Corint. 15. 1. l. c. 3.

¶ Super

quod conuenit corpori Christi mortuo, attribuitur Deo, ratione vnionis, ergo inconueniens videtur, Christum fuisse sepultum.

SED CONTRA est, quod Dñs dicit Mat. 26. de muliere quæ cum inuixerat, Opus bonum operata est in me, & postea subdit: Mittens enim hoc vnguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

RESPON. Dicendum, q̄ conueniens fuit Christum sepeli. Primo quidem, ad comprobandum veritatem mortis: non enim in sepulchro aliquis ponitur, nisi quando iam de veritate mortis constat: vnde & Marci. 15. legitur, quod Pilatus antequam concederet Christum sepeliri, diligenti inquisitione cognouit eum mortuum esse. Secundo, quia per hoc quod Christus de sepulchro resurrexit, datur spes resurgendi p̄ ipsum, his q̄ sunt in sepulchro, secundum illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei: & qui audierint, uiuent. tertio, ad exemplum eorum, qui per mortem Christi, spiritualiter moriuntur peccatis, qui scilicet absconduntur a conturbatione hominum: vnde dicitur Colof. 3. Mortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo: vnde & baptizati, qui per mortem Christi moriuntur peccatis, quasi conspeliuntur Christo, per immersionem, secundum illud Rom. 6. Confepulti sumus cum Christo, per baptismum in mortem.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ Christus sepultus se inter mortuos liberum fuisse faretur, in hoc q̄ per inclusionem sepulchri, non potuit impediri, quin ab eo resurgendo exiuerit.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ sicut mors Christi efficienter operata est nostram salutem, ita etiã & eius sepultura: unde Hieronym. dicit super Mar. Sepultura Christi resurgimus. Et Isaia 53. super illud, Dabit impios pro sepultura, dicit glo. * id est, gentes, quæ sine pietate erant, Deo patrique dabit: quia mortuus & sepultus eos acquisiuit.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dicit in quodam sermone concilij Ephesini, nihil horum quæ saluant homines, iniuriam Deo facit, quæ ostendunt eum non passibilem, sed clementem. Et in alio sermone eiusdem concilij legitur: Nihil putat iniuriam Deus, quod est occasio salutis hominibus: tu quidem non ita vilem Dei naturam arbitraberis, tamquam quæ aliquando subiecta possit esse iniurijs.

ARTICVLVS II.

¶ Super Questionis quinquagesimæ primæ Articulum 2.

Vtrum conuenienti modo Christus fuerit sepultus.

TITVLVS Modus nomine uirtu. pro conditionibus obseruatis in sepeliendo corpus Christi.

¶ In corpore una conclusio: Modus sepulture Christi fuit conueniens quantum ad tria. Omnia sunt clara.

¶ In responsione ad vltimum, adde quod exciso sepulchri in petra, immobile sepulchrum reddens, ad perpetuitatem testimonij de morte Christi apud terrigenas spectat. Nec ideo testari illud ui-

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur non conuenienti modo Christum fuisse sepultum. Sepultura enim eius respondet morti ipsius: sed Christus fuit passus mortem abiectissimã, secundum illud Sapient. 2. Morde turpissima condemnemus eum, ergo inconueniens uidetur fuisse quod Christo exhibita fuit honorabilis sepultura, in quantum a magnatibus fuit tumultatus, scilicet a Ioseph ab Arimathea, qui erat nobilis Decurio (ut habetur Mat. 15.) & a Nicodemo, qui erat princeps iudeorum, ut habetur Ioan. 3.

¶ 2 Præ. Circa Christum non debuit aliquid fieri, quod esset superfluitatis exemplum. Videtur autem superfluitatis fuisse, quod ad sepeliendum Christum Nicodemus uenit ferens misturam myrrhe, & aloes quasi libras centum (ut dicitur Ioan. 19) præsertim cum mulier præuenerit corpus eius ungerere in sepulturam, ut dicitur Marci 14. non ergo fuit hoc conuenienter circa Christum factum.

¶ 3 Præ. Non est conueniens, ut aliquod factum sibi ipsi sit dissonum: sed sepultura Christi fuit simplex ex una parte: quia scilicet Ioseph inuoluit corpus eius in sindone munda (ut dicitur Mat. 27.) non autem auro aut gemmis, aut serico, ut Hieron. * ibidem dicit: ex alia uero parte uidetur fuisse ambigua, in quantum eum cum aromatibus sepelierit, ergo uidetur non fuisse conueniens modus sepulture Christi.

¶ 4 Præ. Quæcumque scripta sunt, præcipue de Christo, ad nostrã doctrinam scripta sunt, ut dicitur Ro. 15. sed quædam scribuntur in Euangelij circa sepulchrum Christi, quæ in nullo uidentur ad nostram doctrinam pertinere: sicut quod fuit sepultus in horto, quod in monumento alieno, & nouo, & exciso in petra. Inconueniens ergo fuit modus sepulture Christi.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 12. Et erit sepulchrum eius gloriosum.

RESPON. Dicendum, quod modus sepulture Christi ostenditur esse conueniens quantum ad tria. Primo quidem, quantum ad commendandam fidem mortis & resurrectionis ipsius: secundo, ad commendandam pietatem eorum, qui eum sepelierunt: unde Augustinus * dicit in r. de Ciuitat. Dei: Laudabiliter commemorantur in euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum, diligenter atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt: tertio, quantum ad mysterium, per quod informant illi qui Christo conspeliuntur in mortem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod circa mortem Christi commendantur patientia, & constantia ipsius, qui mortem est passus, & tanto magis quanto mors fuit abiectior: sed in sepultura honorifica consideratur uirtus morientis, qui contra intentionem occidentium etiam mortuus honorifice sepelitur, & præfiguratur deuotio fidelium qui erant, Christo mortuo seruituri.

AD SECVNDVM dicendum, quod in hoc, quod Euangelista dicit, Quod sepelierunt eum, sicut mos est iudæis sepelire (sicut August. * dicit super Ioan.) admonuit in huiusmodi officijs, quæ mortuis exhibentur, morem cuiuslibet gentis esse seruandum. Erat autem istius generis consuetudo, ut mortuorum corpora uarijs aromatibus condirentur, ut dicitur Ierem. 22. in illa sepultura, vnde & in tercio de doctrina Christiana dicitur. * q̄ in omnibus talibus, non usus terribilis, sed libido uentis in culpa est. Et postea subdit, quod in alijs personis plerumque flagitium est: quod in diuina uel prophetica persona, maxime etiam dam rei signum est. Myrrha enim, & aloes propter sui amaritudinẽ significant poenitentiam, per quã aliquis in seipso Christum conseruat absque corruptione peccati: odor autem aromatum significat bonam famam.

AD TERTIVM dicendum, q̄ myrrha & aloes adhibebant corpori Christi, ut immune a corruptione seruetur, quod uidebatur ad quandã necessitatem

glo. ex. ibi. habet.

1. ca. 11. d. ca. 109.

Trist. in euang. in a. mod. 109.

1. ca. 11. d. ca. 109.

tem pertinere. Vñ datur nobis exemplum, q̄ licite possimus aliquibus pretiosis ut medicinaliter pro necessitate nostri corporis conferuandi, sed in uoluntate corporis pertinebat ad solam quãdam decentiã honestatis, & in talibus, simplicibus debemus esse cõgenti. Per hoc tñ significabatur (vt Hier. * dicit) q̄ ille in sindone nuda inuoluit Iesum, q̄ m̄te pura eũ suscepit Et hinc, vt Beda dicit sup Mar. t̄ Eccle siamos obtinuit, ut sacrificiũ altaris non in serico, neq; in panno tincto, sed in lino terreno celebraret: sicut corpus dñi est in sindone munda sepultum.

AD QVARTVM dicendum, q̄ Christus sepelitur in horto, ad significandum q̄ per mortem & sepulturam ipsius, liberamur a morte, quam incurrimus per peccatum Adã in horto paradisi commissum. Ideo autem Saluator in aliena ponitur sepultura (vt Aug. dicit in quodam sermone) quia pro aliorum mordebatur salute: sepulchrum autem mortis est habitaculum. Per hoc et̄ considerari potest paupertas abundantia pro nobis suscepta: nam quidominus in uita non habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro reconditur, & nudus existens a Ioseph cooperitur. In nouo autem ponitur monumentum (vt Hieron. * dicit) ne post resurrectionem, ceteris corporibus remanentibus, surrexisset, aliis fingeretur. Potest autem & nouum sepulchrum, Marię virginalem uterum demonstrare. Per hoc etiam datur intelligi, q̄ per Christi sepulturam omnes inuouamur morte & corruptione destructa. In monumento autem excisio in petra conditus est.

AD QVINTVM dicendum, q̄ Christus sepelitur in horto, ad significandum q̄ per mortem & sepulturam ipsius, liberamur a morte, quam incurrimus per peccatum Adã in horto paradisi commissum. Ideo autem Saluator in aliena ponitur sepultura (vt Aug. dicit in quodam sermone) quia pro aliorum mordebatur salute: sepulchrum autem mortis est habitaculum. Per hoc et̄ considerari potest paupertas abundantia pro nobis suscepta: nam quidominus in uita non habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro reconditur, & nudus existens a Ioseph cooperitur. In nouo autem ponitur monumentum (vt Hieron. * dicit) ne post resurrectionem, ceteris corporibus remanentibus, surrexisset, aliis fingeretur. Potest autem & nouum sepulchrum, Marię virginalem uterum demonstrare. Per hoc etiam datur intelligi, q̄ per Christi sepulturam omnes inuouamur morte & corruptione destructa. In monumento autem excisio in petra conditus est.

vt Hieron. t̄ dicit, ne si ex multis lapidibus ædificatum fuisset, tumuli fundamentis suffossis ablatum fuisset, unde & saxum magnum quod appositum fuit, ostendit q̄ nõ absq; auxilio plurimorum sepultura potuisset referari. Si etiam sepultus fuisset in terra, dicere poterant, suffoderunt terram, & turati sunt eum, sicut Aug. * dicit. Significatur autem mystice per hoc, (vt Hila. t̄ dicit) q̄ per Apostolorum doctrinã in pectus duritię gentilis, quodam doctrinę opere excisum, Christus infertur, rursus de sac nouam, & nullo antea ingressu timori Dei peruenit. Et quia nihil prater eum oportet in peccata nostra penetrare, lapis ostio aduoluitur, & sicut Orige. * dicit, non fortuito scriptum est, q̄ Ioseph inuoluit corpus Christi sindone munda, & poluit in monumento nouo, & q̄ aduoluit lapidem magnum, quia omnia quę sunt circa corpus Iesu, munda sunt, & noua, & valde magna.

ARTICVLVS III.

Utrum corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum.

AD TERTIVM sic proceditur. AVT quod corpus Christi, in sepulchro fuerit incineratum. Si cut. n. mors est poena peccati primi parentis, ita etiam & incineratio: dictum est enim primo homini post peccatum, Puluis es, & in puluerem reuertetur, ut dicitur Gen. 3. Sed Christus mortem sustinuit, ut nos a morte liberaret, ergo etiam incinerari debuit corpus eius, ut nos ab incineratione liberaret.

¶ 2 Præter. Corpus Christi fuit eiusdem naturę cum corporibus nostris: sed corpora nostra statim post mortem resoluiuntur.

piunt, & ad putredinẽ disponuntur, quia exhalante calido naturali, superuenit calor extraneus, qui putrefactionem causat. ergo videtur quod similiter in corpore Christi acciderit.

¶ 3 Præter. Sicut dictũ est, * Chrs sepeliri uoluit, ut daret hoĩbus spem resurgẽdi et̄ de sepulchris. ergo et̄ incinerationem pati debuit, ut spem resurgendi incineratis post incinerationem, daret.

SED CONTRA est, quod in Ps. 15 dicitur, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: quod Damasc. * exponit in 3. lib. de corruptione, quę est per resolutionẽ in elementa.

RESPON. Dicendum, quod nõ fuit cõueniens corpus Christi putrefieri, uel quocumq; modo incinerari: quia putrefactio cuiuscumq; corporis prouenit ex infirmitate naturę illius corporis, quę non potest amplius corpus continere in unũ. Mors autem Christi (sicut supra dictũ est) * non debuit esse ex naturę infirmitate, ne crederetur non esse uoluntaria. & ideo non ex morbo, sed ex passione illata uoluit mori, cui se obtulit sponte.

Et iõ Christus, ne mors eius, naturę infirmitati ascriberetur, noluit corpus suum qualitercũq; putrefieri, aut qualitercumq; resolui: sed ad ostensionẽ uirtutis diuinę uoluit corpus illud incorruptũ permanere. vñ Chrys. * dicit, q̄ uiuentibus aliis hoĩbus, his. i. qui egerunt strenue, aridẽt propria gesta: his aut̄ pereuntibus, pereunt: sed in Christo est totum contrarium. nam ante crucem omnia sunt m̄ta & infirma: ut autem crucifixus est, omnia clariora sunt facta, ut notas noui purum hominem crucifixum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus, cum non esset subiectus peccato, neque mortis erat obnoxius, neque incinerationi, uoluntarie tamen mortem sustinuit propter nostram salutem, secundum rationes supradictas. * Si autem corpus eius fuisset putrefactum uel resolutum, magis hoc fuisset in detrimentum salutis humanę: dum non crederetur in eo esse uirtus diuinã. unde ex persona eius in Psal. 29. dicitur, Quę utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? quasi dicat, Si corpus meum putreficat, perdetur effusio sanguinis utilitas.

AD SECVDVM dicendum, quod corpus Christi, quantum ad conditionem naturę passibilis putrefactibile fuit: licet non quantum ad meritum putrefactionis, quod est peccatum: sed uirtus diuinã corpus Christi a putrefactione præseruauit, sicut & resuscitauit a morte.

AD TERTIVM dicitur, quod Christus de sepulchro

debut esse ex infirmitate naturę, sed uoluntariam cuius signum non morbo, sed passione uoluntarie incepta mortuus est. Secundo, probatur, quia ad ostensionem diuinę uirtutis uoluit corpus suum incorruptum permanere. Et ad hoc affirmat auctoritas Chryloto. ¶ Circa primam rationem dubium occurrit, quia impertinens ur. Nã siue in corpore Christi, fuerit aliqua putrefactio, siue non, constabat q̄ ex uolenta passione, nõ ex natura infirmitate mortuus erat, quia passus est in cruce iuuenis.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ putrefactio cadaueris attestatur infirmitati nature presentis & præterite. Nam corpora ita compacta, ut naturalis complexio uigoroſa sit & uia & mortua, putrefactiuis resistunt magis aliis, & propterea si putrefactio cadaueris accidisset in Christi corpore, testimoniũ infirmitatis nature in Christo monstraret; tamquam impotentis; prius amplius tenere corpus inuim, & postea incorruptum, & cõsequenter q̄ mors Christi accidisset, et̄ si nolisset. Et sic impu-

putrefactio, corporis mortui nõ est impertinens: sed idoneum testimoniũ uoluntarię mortis, & putrefactio fuisset telis mortis, non uoluntarię: sed necessarię ex debilitate nature. Ex supra dictis namq; patet, q̄ Christus licet crucifixus, mortuus tñ est, quia uoluit: in eius signum clamans e- pirauit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus, cum non esset subiectus peccato, neque mortis erat obnoxius, neque incinerationi, uoluntarie tamen mortem sustinuit propter nostram salutem, secundum rationes supradictas. * Si autem corpus eius fuisset putrefactum uel resolutum, magis hoc fuisset in detrimentum salutis humanę: dum non crederetur in eo esse uirtus diuinã. unde ex persona eius in Psal. 29. dicitur, Quę utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? quasi dicat, Si corpus meum putreficat, perdetur effusio sanguinis utilitas.

AD SECVDVM dicendum, quod corpus Christi, quantum ad conditionem naturę passibilis putrefactibile fuit: licet non quantum ad meritum putrefactionis, quod est peccatum: sed uirtus diuinã corpus Christi a putrefactione præseruauit, sicut & resuscitauit a morte.

AD TERTIVM dicitur, quod Christus de sepulchro

Art. 1. huius quest.

Lib. 3. orth. fid. c. 29.

Q. præc. ar. 1. ad 2.

In trac. qui dicitur, aduersus gentes demonstratio, q̄ Christus sit Deus. par. ante med. tom. 5.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

* Hier. illud dicitur, q̄ Ioseph inuoluit Iesum sindone munda, & poluit in monumento nouo, & q̄ aduoluit lapidem magnum.

Sermones viginti in octo post mortem Iesu.

Super vers. Luc. 24. 1-10.

Sup. w. 2. 2. 2.

In q. 1. 1. 1.

In trac. qui dicitur, aduersus gentes demonstratio, q̄ Christus sit Deus. par. ante med. tom. 5.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

In corp. art. & q. 56. ar. 1.

pulcro resurrexit virtute diuina, quae nullis terminis coarctatur. Et deo hoc, quod a sepulcro surrexit, iustitiam arguente fuit, quod homines erant resuscitandi virtute diuina non solum de sepulchris, sed etiam de quibuscumque cineribus.

Infr. q. 52. ar. 4. cor. & qu. 53. ar. 2. cor. & opul. 3. ar. 2. 3. & opul. 60. c. 20. et 1. cor. 15. l. 1.

Hom. 31. in euang. de cinando ad fin.

1. 4. ca. 4. post med. to. 4.

ar. 6. q. prec.

1. ca. 13. to. 4.

¶ Super Quaestione quinquagesima prima articulum primum.

In corpore una conclusio. Conueniens fuit quod Christus duabus noctibus & una die esset in sepulchro. Probatur: semper, quo Christus fuit in sepulchro, effectum mortis eius representat: sed effectus est duplex, nostra mors tenebrosa destructa, & ipsa mortis eius lux est caua. ergo conuenienter una die & duabus noctibus mansit in sepulchro. Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad primum, aduerte quod auctoritas Ecclesiae indubie credentis Christum surrexisse prima sabbathi in mane uel circa, & inde diem resurrectionis die Dñicam nominauit, elidit omnes nouitates praesumptum hoc in dubium reuocare, & expone re Euangelitas suo sensu. Et propterea tales non audiendi, sed utandi sunt a pijs Ecclesiae auribus.

¶ In eadem ratione aduerte nouit, quod quilibet trium naturalium dierum mortis Christi, numeratur, accipiendo noctem pro prima parte eius: sexta feria. n. incipit a nocte terminante diem Iouis. & similiter sabbatum incipit a nocte terminante feriam sextam, & similiter Dñica incipit a nocte in qua Chrs surrexit. Dies vero creationis mundi numerantur, incipiendo a die ut a prima parte, ita quod mane incipit dies, & durat usque ad aliud mane exclusiue: secunda siquidem pars eius est nox. Et hoc notatur, quod factum est uespere & mane dies uniusa termino. In lucis diurna dixit, Et factum est uespere: & a termino nocturnarum tenebrarum subiunxit, & mane: ita quod ipse ordo numerandi manifestat

ARTICULVS III.

Vtrum Christus fuerit in sepulchro solum una die, & duabus noctibus.

AD QVARTVM sic proceditur. **A**VI^o quod Christus non fuerit in sepulchro solum una die, & duabus noctibus. Dicit enim ipse Marth. 12. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita Filius hominis erit in corde terrae tribus diebus & tribus noctibus: sed in corde terrae fuit in sepulchro existens, non igitur fuit in sepulchro solum una die & duabus noctibus.

¶ 2^o Prater Greg. * dicit in Hom. Paschali, quod sicut Samson abstulit media nocte portas Gazae, ita Christus media nocte auferens portas inferni, resurrexit: sed postquam resurrexit, non fuit in sepulchro, ergo non fuit in sepulchro duabus noctibus integris.

¶ 3^o Prater. Per mortem Christi lux praualuit tenebris: sed nox ad tenebras pertinet, dies autem ad lucem. ergo conuenientius fuit, quod corpus Christi fuerit in sepulchro duobus diebus & una nocte, quam e conuerso.

SED CONTRA est, quod sicut Augustinus * dicit in 4. de Trinitate. Christus in diluculo resurrexit, in quo aliquid lucis apparet, & adhuc tamen aliquid remanet tenebrarum noctis: unde de mulieribus dicitur, Ioan. 20. quod cum adhuc essent tenebrae, uenerunt ad monumentum. Ratione ergo harum tenebrarum Gregor. * dicit Christum media nocte surrexisse: non quidem diuisa nocte in duas partes aequales, sed infra ipsam noctem: illud enim diluculum, & pars noctis pars dici dici potest propter conuenientiam, quam cum utroque habet.

RESPON. Dicendum, quod ipsum tempus, quo Christus in sepulchro mansit, effectum mortis eius representat. Dicitur enim est autem supra, * quod per mortem Christi liberati sumus a duplici morte, scilicet a morte animae & a morte corporis, & hoc significatur per duas noctes, quibus Christus in sepulchro permansit: mors autem eius, quia non fuit ex peccato proueniens, sed ex charitate suscepta, non habuit rationem noctis, sed diei, & ideo significatur per diem integrum, quo Christus fuit in sepulchro. & sic conueniens fuit, quod Christus una die & duabus noctibus esset in sepulchro.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut August. * dicit in lib. de consensu euangelistarum, quidam modum loquutionis

F scripturae nescientes, noctem uoluerunt annumerare tres illas horas a sexta usque ad nonam, quibus sol obscuratus est, & diei tres horas alias, quibus iterum terris est redditus, id est a nona usque ad Occasum: sequitur. nox futuri sabbathi, qua cum suo die computata erunt iam duae noctes & duo dies. Post sabbatum autem sequitur nox primi sabbathi, id est illucescentis diei dominici, in qua tunc Dominus resurrexit, & ita adhuc non constabit ratio trium dierum, & trium noctium. Restat ergo, ut hoc inueniatur, illo scripturarum usitato loquendi modo, quo a parte totum intelligitur, ita scilicet quod unam noctem, & unam diem accipiamus pro uno die naturali. Et sic primus dies computatur ab extrema parte sui, qua Christus in sexta feria est mortuus & sepultus: secundus autem dies est integer cum 24. horis nocturnis & diurnis, nox autem sequens pertinet ad tertium diem: sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum, a luce in noctem, ita isti propter hominis reparationem, a tenebris computantur in lucem.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut August. * dicit in 4. de Trinitate. Christus in diluculo resurrexit, in quo aliquid lucis apparet, & adhuc tamen aliquid remanet tenebrarum noctis: unde de mulieribus dicitur, Ioan. 20. quod cum adhuc essent tenebrae, uenerunt ad monumentum. Ratione ergo harum tenebrarum Gregor. * dicit Christum media nocte surrexisse: non quidem diuisa nocte in duas partes aequales, sed infra ipsam noctem: illud enim diluculum, & pars noctis pars dici dici potest propter conuenientiam, quam cum utroque habet.

AD TERTIVM dicendum, quod intantum lux in morte Christi praualuit (quae significatur per unam diem) quod tenebras duarum noctium, id est duplicis mortis nostrae remouit, ut dictum est.

huc priorē tenebris computatam. Ratio autem horum contrarium ordinem in litera hac redditur satis clara.

¶ In responsione ad primum percipere notitiam, quod sicut dicimus, media uita in morte sumus, & propea limitamus nos, quasi diuidamus uitam in duas partes aequales, & similiber gesta in cluso die dicimus facta media die: & submersos in mari dicimus in medio mari submersos, non diuidendo mare in duas partes aequales: ita resurrectione in quacumque parte noctis factam, dicimus media nocte factam absque diuisione noctis in duas partes aequales.

1. 4. 52.

Homil. 31. euang. de remouit.

In corp. in lib.

QVAESTIO LII.

De descensu Christi ad inferos, in octo articulos diuisa.

¶ **E**INDE considerandum est de descensu Christi ad inferos.

ET Circa hoc quaeruntur octo.

¶ Primò, Vtrum fuerit conueniens Christum ad inferos descendere.

¶ Secundò, in quem infernum descenderit.

¶ Tertio, Vtrum totus fuerit in inferno.

¶ Quarto, Vtrum aliquam mortem ibi traxerit,

¶ Super Quaestione quinquagesima secunda articulum primum.

Tertius clarus: **I**n corpore, una conclusio: Conueniens fuit Christum ad inferos descendere. Probatur tripliciter. Prima ratio conuenienter ex ratione ad primum. Secunda ratio, conuenienter ex ratione ad secundum. Ratio ad tertium de motu Angelorum satis in Comment. 1. partis tractata est.

¶ Super